VTRIVSQVE SICILIAE
CONSTITVTIONES,
CAPITVLA, RITVS,
ET PRAGMATICAE,

Doctiſſimis Andrææ de Iſernia, Bartholomæi de Capua, & aliorum Illuſtrium Iuriſconſultorum, quorum nomina ſequens pagina indicabit, Commentarijs illuſtrata.

ET NOVISSIME SVMMA CVRA, ET diligentia aucta, recognita, & repurgata.

Acceſſerunt Additiones nunquam ante hac impreſſæ, Clariſs. Iureconſultorum Iac. Anelli de Bottis Regij Conſiliarij, Io. Angeli Piſanelli, Fabij Iordani, Bartholomæi Martialis, ac Marci Antonij Puluerini:

CONGESTAE, ET SVIS LOCIS DISPOSITAE per Ioan. Baptiſtam Muzillum, Iuriſconſultum Neapolitanum.

CVM PRIVILEGIIS.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

VENETIIS, MDLXXXX.

Cura & impenſa Nicolai de Bottis Neap. & Sociorum.

PERILLVSTRI VIRO,

D. ANNIBALI MOLES,

SVPREMO NEAPOLITANI REGNI CONSILIARIO, ET REGIAE CANCELLARIAE REGENTI,

Nicolaus de Bottis, S.

INTER omnes homines, qui vel repertis à ſe artibus, vel inuentis diſciplinis, mortale genus iuuare conati ſunt (Regens Illuſtris) illi quidem pluris ſemper habendi, maioriq; ſemper veneratione digni exiſtimandi ſunt, qui con ſtitutis à ſe legibus, Rempub. inſtituerunt. Horum enim beneficio factum eſt, vt quos inter ſe natura ſociauit, ij æquabili quodam iure firmius ac concordius vinciantur, vt alienis abſtinentes ſuo quiſque contentus viuat, vt denique qua ratione à belluis differimus & potiſſimum inter nos vtamur. Lex enim vitiorum emendatrix, virtutumque commendatrix eſt, adeò vt nihil à Deo optimo maximo vberius, nihil florentius, nihil hominum vitæ conducibilius datum ſit: quapropter omnium ætatum ingenio, & induſtria præſtantiſſimi, omnibusq; ac fere diuinis ſemper honoribus digni habiti ſunt, Phoroneus qui Aegiptijs, Solon qui Athenienſibus, Licurgus qui Lacedemonijs, Carondas qui Neapolitanis, & Calcidenſibus, alijs qui Campaniæ, & Siciliæ maritima incolebant, ceterique qui ceteris gentibus in præſcribendis, conſtituendisq; legibus operam, atque ętatem occuparunt. Nec iniuria inter præclariſſimos iſtos referendus videtur Fridericus Secundus Imperator, qui poſt occupatum à Normannis vtriuſque, vt dicunt, Siciliæ Regnum primus prædeceſſorum Regum edicta digerere, nouas optimasq; leges conſtituere, ſubiectiſque nationibus æquiſſima iura præſcribere ſummo ſtudio, ac exactiſſima opera conatus eſt. Addidere ſequentes Reges, eodem bene regen-

CONSTITVTIONES REGNI SICILIAE,

PER EXCELLENTISSIMVM V. I. D. D. ANDRÆAM DE ISERNIA, ET ALIOS DOCT. COMMENTATÆ.

De Legibus, & Conſuetudinibus alijs antiquatis, Conſtitutio.

1 ADDITIO. Imperator. *Adde quare ita vocatur, vide glo. & ibi Bart. in proœ. ff.* Nicolaus Superantius, Patricius Venetus, Miles Hieroſolymitanus, & vtriuſque Iuris Doctor.

2 ADDITIO. Semper Auguſtus. *Adde gl. in proœ. ff. Veteris, & in proœ. inſtitutionum. & Abb. in proœm. Greg. in 3. col. ver. Imperator. & gl. in l. diui Conſtantini. C. de natu. li. quam ſequitur Sign. de Homed. conſ. 119. incip. in princ. libri noſtri.* Superant.

ADDITIO. *An regni conſtitutiones extendantur de caſu ad caſum, vel ad ſimilia, & an ſint ſtricti iuris, vide Gram. deciſ. 28. & 97.* Fabius Iordanus.

IMPERATOR [1] Fredericus II. Romanorum Cęſar ſemper Auguſtus: [2] Italicus, Siculus, Hieroſolymitanus, Arelatenſis, fœlix, Victor ac Triumphator.

DOMINI FREDERICI IMPERATORIS

Incipit Liber Primus.

De Legib. & Conſuetudinib. alijs antiquatis, Conſtitutio. *

a POST *mūdi machinā.* Pręmittit proœmiū, ex quo in vnoquoq; negocio initiū ſumitur, vt in Auth. in medio li. nō ſieri ſacras for. §. vt autē omnes. colla. 8. Et dic machinam, id eſt artificioſam compoſitionem, vel conſtructionem. Nam omne artificioſé factū dicitur machina, vt patet ff. de fundo inſt. l. quæ ſiti. §. item oſtiarium, & ff. commod. l. ſi vt certo. §. ſed interdum. uerſic. nam & ſi ſeruum tibi lectorem, &c.

b *Et primordialem materiam.* Quæ rudis, ſcilicet nondū formis impreſſa erat Chaos, id eſt, confuſa congeries omniū rerum inuicē commixtarum nō habentium diſcretā & propriam formā, ſicut poſſet hodie in rebus elementatis exponi, vt, ſi argentū meum & tuū conſlaretur, & redigeretur in maſſam, vel ſi de frumēto duorū inſeparabiliter cōmixto cumularetur aceruus, vel quocunque aliter res plures eiuſdem, vel diuerſi generis confuſæ, ſiue cōmixtæ inſeparabiliter redigerentur in unū corpus informe, vt ff. de rei ven. l. 5. §. vlt. & ibidem Pomponius ſcribit, ſi frumētum &c. in prin. & de acq. rer. doma. l. adeo. §. cum quis ex aliena. & Inſt. de rer. diuiſ. §. ſi duorum. Et hāc primordialem materiā philoſophi vocauerunt Hylem, quam dicūt eſſe inter aliquid & nihil: Sicut enim nihil audiendo, audimus ſilentium, ſic nihil intelligendo intelligimus Hylem, ſecundū eos. Nos etiā poſſumus a duce iure ſimilia. Nam lex ponit inter nolle & velle mediū, ſcilicet nō nolle, videlicet, patiētiam. Et inter fateri & negare mediū, ſcilicet nō negare, ſcilicet, tacere, vt ff. de trib. l. 1. §. ſcientiā, & de reg. iur. qui tacet.

c *Natura melioris.* Poteſt intelligi actiue de natura naturāte, id eſt Deo, in quo omnia vera ſunt, ſcilicet tā præterita, quàm præſentia & futura, vt ff. de iudic. l. ſed & ſi reſtituatur. §. ſi pater. & ſic bene ſequitur, qui faciēda pręuiderat. Quem intellectum uidetur habuiſſe Ouidius, unde iſta verba ſumpta fuerunt: ait enim, Hāc Deus, & melior litē natura diremit.

Ex ordinatione diuina ad officium Principis ſpectat defendere ſanctam matrem Eccleſiam contra opprimentes eam, atque pacem & iuſtitiam exhibere ſubiectis. hoc dicit. Matthæus.

POST [a] mūdi machinā prouidentia diuina formatam [b], & primordialem materiā [c] naturæ melioris officio, in rerum effigies diſtributam, qui facienda præuiderat, facta conſiderans, & conſiderata commendans, a globo circuli lunaris inferius ho-

ADDITIO. *Adde, an dicta Poetarum ſint allegãda in deciſionibus cauſarum? Vide gl. in l. ita tantum. & l. ſeq. ff. de ver. ob. l. ſeptimo menſe. ff. de ſta. hom. & in cap. turba. 37. diſtin. & per Pet. de Anch. in c. qualiter & quando. el 2. de accuſat.* Superant.

A diuina namque prouidentia mundi totius elementa proceſſerunt, & eorum diſpoſitio in orbem terrarum producta eſt, vt C. de vet. iu. enu. l. 1. in prin. Poſſet et legi paſſiue de natura naturata, ſcilicet rerū, & ſic accipitur Inſt. de ver. ob. §. cōditiones, & ff. de reb. cre. reſpiciēdum. & tunc bene dicit, melioris quoniā prima rudis & informis materia erat inter aliquid & nihil, vt ſupra not. Lex etiam rudem materiam appellat infectā, vt ff. de au. & arg. leg. l. & ſi non ſunt claui. §. infecti. Poſtmodum vero in rerum formas deducta conuerſa eſt in meliorem naturam, recipiēdo eſſe ab impreſſione formarum. Forma enim dat eſſe rei, ita q́ mutata forma interimitur rei ſubſtantia, cuius etiam corpus manet, vt ff. ad exhib. l. Iulianus. §. ſed ſi quis. & de verb. ſign. mulieris. §. 1. & de ſtatu hom. l. non ſunt liberi.

ADDITIO. *Adde quod Imperator appellatur luminare inferius, quia Papa dicitur lumē ſuperius, vt eſt gl. in ver. inter Solem & Lunam, in c. ſolitæ de maio. & obe. & gl. ſi in c. duo ſunt 96. diſt.* Superantius.

a Digniſſi-

ANDRAEAE DE ISERNIA, V. I. MONARCHAE, ET LEGVM EVANGELISTAE,

PEREGRINA LECTVRA,

Super Conſtitutionibus, & Gloſſis Regni Siciliæ.

POST *mundi machinam, &c.* Ver. a Rege Regum, &c. In gl. vbi legitur, Vnum tamen non omitto, quod Domini, qui pro temporalibus &c. hic dicitur, quòd iudex ſecularis, & eius brachium inuocatum ab eccleſiaſtico iudice debet præſtare auxilium, per iura allegata hic.

ADDITIO. *Adde l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſ. & cler. & in auth. ſi quis litigantium. C. de epiſc. audien.* Superant.

Tunc quæritur, & fuit quæſitum, ſi ſecularis requiſitus † ab eccleſiaſtico ſciat iniuſtum eſſe id, ad quod requiritur exequendum: Vel corā eo opponatur, q́ illud, ſiue ſit ſententia, ſiue proceſſus aliter nullus ſit, an debeat parere? Item ſi hoc opponatur corā ſeculari brachio requiſito per eccleſiaſticū, an cognoſcet, & interim non parebit, nec exequetur. Nam quod nullū eſt, et ſi ſit iudiciale, nō debet executioni tradi. ff. de ferijs. l. ſi feriatis. Idē ſi dicit ſe oppreſſum per epiſcopū per falſa inſtrumenta & teſtes. ff. de iudi. l. ſi prętor. §. 1. Hic ſecularis inuocatus eſt loco executoris. C. de epiſc. aud. l. epiſcopale. in gl. Executor aūt audit nullitates, no. C. quor. appel. nō rec. l. ab executione.

† ADDITIO. *Iudex ſecularis requiſitus pro executione ſententię ab eccleſia debet parere in cauſa ciuili, ſi non eſt appellatum: ſecus in criminali, ſed pone q́ degradatus eſt clericus et traditus iudici ſeculari, an puniet eū, ſine alia examinatione: vide Luc. de Pen. in l. 1. col. 3. C. de priuil. ſchol. lib. 12. & ibi quid ſi alleget ſe iniuſtè degradatū, & eund. Luc. in l. nullus. col. 2. C. de veteran. eo. lib.* Iacobus Anellus de Bottis.

E contra q́ non, quia ſtatur, & ſtari debet ei, quod ſecit iudex eccleſiaſticus ordinarius, & præſumitur pro eo, extra de re iud. in præſentia. Item licet executor hic audiat, quãtumcunque meras, ut extra de offic.

Regiſtrum.

* a b c d A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr
Sſ Tt Vu Xx Yy Zz
Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn.

*Omnes ſunt Terniones, præter * & d Duerniones, & Sſ folium ſimplex.*

VENETIIS,
Apud Ioan. Variſcum, Paganinum de Paganinis,
& Socios. M D XC.